

Francisci

Epitha-
lamium

1571

Za
2730



EPITHALAMIUM
SPIRITVS SAN-
CTI PROPRIIS CONIUGIBVS,
PSAL. CXXVIII.

CLARISSIMO VIRO,
DOCTRINA ET PIETATE
præstanti, Dn. Magistro MATTHIÆ
BLOCHINGERO, linguæ sanctæ Pro-
fessori in Academia VVitebergensi &c.
iterum Sponso, & pudicissimæ virgini
ANNÆ, ornatissimi viri IACOBI VO-
GELII, quondam ciuis Torgensis
&c. filiaë sponsæ, dedicatum


à
M. ADAMO FRANCISCO
IEGERDORFENSE,



VVITEBERGÆ
EXCVDEBAT IOHAN-
nes Lufft.

D. M. LXXI.

Pon Za 2430 - Gk



1946 K 762



EPITHALAMIUM
SPIRITVS SANCTI
PRO PIIS CONIUGIBVS,
PSALMO CXXVIII.

Felices nimium dextro sunt omine cuncti,
Quos timor & Domini semita sancta regit.
Qui sacra diuini scrutantes dogmata verbi,
Noticiae discunt semina vera Dei,
Et preciosa fide capientes dona, IEHOVAM
Sincero pauidi cordis honore colunt.
Qui leuis exosi temeraria crimina vulgi,
Legis amant tantum cognita iussa sequi.
Semper & illaesa seruantes gaudia mentis,
Ad nutum faciunt munia cuncta Dei.
Felices nimium, praesentis commoda vitae,
Commoda perpetuae certa salutis habent.
Sors eadem socijs pia quos connubia iungunt
Conuenit, est felix & sine labe torus:
Caeca quidem stulti negat hoc sapientia vulgi,
Et miserum, thalami iura subire, putat.
Hinc odium sacri probrosaque crimina lecti,
Hinc Latius cumulans probra vetusta furor,
Turpia quod castis insint contagia tædis,
Et superet mundæ virginitatis honos.

A 2

Sed



Sed res grata Deo vitæ sunt vincula iugalis,
Quæ nunquam stabili prosperitate carent,
Felices thalamo iuncti, peccare timentes,
Assueti placidas numinis ire vias.
Tædia sint iunctis, magno sint pondere curæ,
At maiora sacer commoda lectus habet.
Difficilem magno quæris conamine victum,
Cogeris & manuum sedulitate frui.
Ardua res, fateor, duros tolerare labores,
Et proprios ægra mente parare cibos:
Sed diuina tuis aspirat gratia rebus,
Præsentemq; Deum iure beatus habes.
Rectius ipse vales corpus vegetante calore,
Quàm si sepositis ocia rebus agas.
Te cruciat natis circumdata pluribus vxor,
Et domus insolito plena dolore premit.
Falleris, hac etiam non desunt gaudia parte,
Tædia mole sua quæ leuiora tegunt.
Æmula formosis nam certat vitibus vxor,
Progenies oleis assimilata beat.
Vt patulos spargit vitis fœcunda racemos,
Atq; suas, vuas ordine gignit, opes,
E quibus exhilarans mortalia pectora succus,
Et recreans motu corpora lassâ, venit:
Sic fœcunda suis iactat se fœtibus vxor,
Et vacuam cingit prole nitente domum.

Qua

Qua noua coniugibus tristi sine felle voluptas
Surgit, & in curis dulce leuamen adest.
Vitis odorifero depellit flore venena,
Tuta refrigerium cordibus vmbra parit:
Dira venenatae sic vxor crimina linguae,
Atq; cruces animi, iurgia saeva, fugat.
Aspiciens fessum curarum mole maritum
Ingemit, & prompta pharmaca quaerit ope.
Mellifluas imo profundit corde loquelas,
Qua q; potest curas arte leuare, leuat.
Ac veluti iuncta vitis requiescit in vlmo,
Cum fragili sursum tendere mole nequit:
Sic infirma sui requiescit in arte mariti
Vxor, & illius sumit honore decus.
Aspice nunc letis soboles quam certet oliuis,
Hinc quoq; quam fingis, disce leuare crucem.
En sata felici propagine crescit in hortis,
Et decorat reliquum grandis oliua nemus.
Stat procera comis, virides in frigore frondes
Possidet, & cariem nescit amœna pati:
Sic soboles castae veniens genitricis ab aluo,
In patria miro crescit honore domo.
Mentis enim sanas in sano corpore vires
Concipit, & magnae semina frugis habet.
Germinat eximijs ad vitæ munia donis,
Et patrios decorat flore nitente cibos.

Delicias adfert mensæ cordiq; parentum,
Ac celebrem famam post pia fata tenet.
Namq; olei dulcem ceu gignit oliua liquorem,
Quo Mystas vngi fas erat atq; Duces:
Quo cœeunt multo squalentia vulnera tabo,
Et faciles motus membra peruncta cient:
Sic soboles letos per dona salubria fructus
Edit, & egregio magna labore gerit.
Dogmata vera Dei templis conseruat, in aulis
Consilio regni totius acta regit.
Arte sua tristes rerum tegit vndiq; labe,
Omnia præsentia vulnera sanat ope.
Arte sua mentes stabili deuincit amore,
Duret vt alterna publica vita fide.
Ecce Deus tali decorat connubia nutu,
Tanta Deum metuens dona maritus habet.
Ipse Deus, quondam qui iuuat ab arce Stonis,
Apta tibi supera commoda sede dabit.
Te propter cumulata bonis Ecclesia crescet,
Tuq; videns omni tempore letus eris.
Natorum longo numerabis in ordine natos,
Solamenq; mali longa senectæ dabit.
Aspicias quanta felix Ecclesia pace
Floreat, hinc lætum gaudia pectus aget.
Hæc sunt munificæ felicia munera dextræ,
Coniugibus sanctis quæ DEVS ipse canit.

Nec

*Nec dubita, meritis insignis & arte MAGISTER,
Munera quin eadem sint quoq; dicta tibi.*

*Namq; Deum verum vero colis ipse timore,
Legis & aeternae carpere pergis iter.*

*Sunt quoq; grata Deo socij connubia lecti,
Quae post vxoris fata prioris inis.*

*Ergo depositis pia concipe gaudia curis,
Gratia felicem te vocat alma Dei.*

*Sit felix manuum partus molimine victus,
Vtilis ex votis cedat eatq; labor.*

*ANNA placens vxor, donum caeleste IEHOVAE,
Sit, precor, in socia vitis amœna domo.*

*Pignora malleolis certent viuacis oliuae,
Delicias mensae pignora chara ferant.*

*Det tibi longa Deus iucundae tempora vitae,
Ut videas sancti prospera fata gregis.*

*Ut numeres multos in posteritate nepotes,
Atq; tuos canos gaudia pulchra beent.*

*CHISTE Patris Verbum, vitis iucunda piorum,
Qui sociae gestas debile carnis onus.*

*Palmitibus similes sanctae nos insere massae,
Nos oleas hortis da simul esse tuis.*

*Hauriat ut viuos ex te mens nostra liquores,
Inq; tuo vireat carne soluta sinu.*

A M E N.

14
2.

Ecce dicitur in libro dicitur
Admittitur in dicitur dicitur
Namque dicitur dicitur dicitur
Iste dicitur dicitur dicitur
Sunt dicitur dicitur dicitur
Iste dicitur dicitur dicitur
Ego dicitur dicitur dicitur
Gloria dicitur dicitur dicitur
Iste dicitur dicitur dicitur
Vita ex dicitur dicitur dicitur
Admittitur in dicitur dicitur
Sic dicitur dicitur dicitur
Pignora dicitur dicitur dicitur
De dicitur dicitur dicitur
De dicitur dicitur dicitur
Ne dicitur dicitur dicitur
Ne dicitur dicitur dicitur
Agitur dicitur dicitur dicitur
Christe dicitur dicitur dicitur
Qui dicitur dicitur dicitur
Palmis dicitur dicitur dicitur
Nos dicitur dicitur dicitur
Haurit dicitur dicitur dicitur
Iste dicitur dicitur dicitur
N M E N

Pon La 2730

RK

Pow

Za 27 30

AK


ULB Halle

001 923 749

3







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



ALAMIVM
 TVS SAN
 IS CONIVGIBVS,
 CXXVIII.
 SIMO VIRO,
 ET PIETATE
 Magistro MATTHIÆ
 O, linguæ sanctæ Pro-
 nia VVitebergensi &c.
 & pudicissimæ virgini
 imi viri IACOBI VO.
 dam ciuis Torgensis
 onfæ, dedicatum
 à
 O FRANCISCO
 DORFENSE,
 EBERGÆ
 BAT IOHAN.
 Lufft.
 L. XXI.